

Duplex
Amabile.

i. Simpli-
citer tale.

z. Φαγ-
νόμενον.

Φαγόμε-
νον Amia-
bile du-
plex.

Tria in
univer-
sum ama-
bilia.

Tres spe-
cies Amis-
citiæ pro-
priissimè
suis dictæ.

1.

num, nimirum vel revera ac simpliciter tale, vel apparens solum, cum revera non bonū nec amabile sit. Eth. Nic. c. 2.

X X X V I I.

Simpliciter suaq; natura ac per se amabile sola virtus.
est, bonum absolute ac simpliciter tale.

X X X V I I I.

Apparens amabile, ac per accidens tale, et si videtur quidem amabile, revera tamen amabile non est: Quo pacto fieri potest, ut quis rem sibi vehementer noxiā, ceu bonum quoddam deperiat, & unicè sibi exspectat.

X X X I X.

Hocq; rursum vel jucunditatis speciem præ se fert, vel vtilitatis.

X X X X.

Hinc ergo tria emergunt amabilia τὸ ἀγαθόν, τὸ ὕδωρ καὶ τὸ χρήσιμον, id est bonum vel honestum, jucundum & utile. 8. Eth. Nic. c. 2.

X X X X I.

Quorum quidem ratione tres quoq; species amicitiae constituuntur, honesta scilicet, jucunda, & utilis. 8. Eth. Nic. c. 3.

X X X X I I.

Honesta bonum respicit verè ac simpliciter tale. Qua ratione cum vir bonus ac virtute prædictus eundem virtutis in alio conspicatur habitum, non potest non eundem, cum simile simili gaudeat, ac imprimis virtus ad se alliciat attrahatq; benevolentia amore studijsq; suis prosequi: Vbi alter vicissim studio sibi habet maximo, vt amore benevolentia & officiis omnis generis gnaviter benefactori suo respondeat.

Ex quo